



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Respiratio & suspiratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO  
XXXVII.

AMOR DEI,

*Respiratio & Suspiratio.*

Illas veritates animam docet Sanctus Amor, *Respi-*  
*ratione & Suspiratione:* respirare in Deo, & suspirare  
 in bonis Dei, & suspirare in propriis  
 malis. Quia hæ sunt duæ confessiones necessariae ad  
 salutem. Confessio laudis in Deo, confessio confusio-  
 nis in nobis. *Quia bona mea, Domine, donata sunt:*  
*quia mala, delicta mea,* ait Augustinus. Respiramus in  
 Deo, & suspiramus in illis. Et causam, quia bonum quod  
 est in Deo, & malum, quod est in me meum est.  
 Quare? *Respirare, & Suspirare:* respirare  
 cum gratiarum actione continua pro bonis meis,  
 & suspirare in me, cum poenitentia  
 & confessione de malis, & peccatis meis.  
 O quis mihi det istum affectum! O si possem conse-  
 cret cor meum uni continuo suspirio! O si anima  
 mea foret digna habitatio Sancti Amoris Aspirantis,  
 & suspirantis! Unicum & continuum exercitium meum  
 esset, elevari sursum per aspirationem ad Deum,  
 & delectationem in infinita Pulchritudinis, ad gaudium &  
 dulcedinem; & deprimi deorsum ad meas  
 miseras, suspirando & plangendo meum ni-  
 tum, nutritum culpis, repletam poenis, immersum  
 in miseria. Et hoc est unum inter secreta Divinae  
 misericordiae: permutare vices, ab alto descendendi ad  
 inferum, & ab infero evolandi in altum: ab uno aspectu  
 ad alterum, ut anima vivat in modo duorum  
 locorum, neque cum excessu confidentiae, neque  
 cum timore.  
 Tentamus ad praxin, quomodo, & quando sit respi-  
 ratio, ac suspirandum. Dico ergo, Amor verus  
 est